

17
1772
mc.

DE
HAEMORRHAGIAE
NARIVM AC GINGIVARVM
SALVBRITATE LOCO FLVXVS MENSTRVI
CASV QVODAM COMPROBATA

EX AVCTORITATE
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

D. ADAMO NIETZKI
MED. PROF. PVBL. ORD.

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS
AC
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE OBTINENDIS
DIE XXI. FEBR. MDCCLXXII.

H. L. Q. C.

PVBLINE DISPVTABIT

AVCTOR

IEREMIAS ARONSON
POTSTAMPENSIS.

HALAE
STANNO HENDELIANO.

DE
HAEMORRHAGIAE
NARRIUM AC GINGIVARUM
SUPERINTENDENTIS ETATIS MUSEI STRA
CASA GLORIOSA CONTORVATA

EX LIBRIS
GASTONIS LACERATI MEDICOIS
IN REGIA FREDERICIANA
PROGRESSUS
D'ADAM NIECKI
PRO GRADA DOCTORIS
PRIMUS IN MEDICA ET CHIRURGIA HONORUM
PRAECEPS DOCTORVITIA ETE OCTAVI
DIE XXII IULII MDCCXXII

VERGILIA ARIONON
EX LIBRIS
GASTONIS LACERATI

A M I C O O P T I M O
E R N E S T O L V D O V I C O
H E I M
S O L Z A H E N N E B E R G E N S I

C O M M I L I T O N I
I N C A S T R I S A S C L E P I A D E I S
G L O R I O S O

D. D. D.

A V C T O R.

A M I C O O P T I M O
E R N E S T O L A D O A I C O

H E I M

Z O L A H E I M B E R G E N S I

C O M I C I O N I

T Z - C A S T R I S A S E E T I A D E I S

C O R I O S O

a a a

L O T C U R

DISSE^TATO IN A^VG^VRALIS
DE
HAEMORRHAGIAE
NARIVM AC GINGIVARVM SALVBRITATE
LOCO FLVXVS MENSTRVI CASV QVODAM
COMPROBATA.
INSTITVTI RATIO.



Casus, quem in hac dissertatione deli-
neandum mihi proposui, sifit mor-
bum, compositum ex febre intermitte et reten-
tione mensium, nec non haemorrhagia narium ac
gingiuarum: quem secundum omnia principia pa-
thologica et therapeutica perquirere, nunc minime

animus est; sed potius, id tantummodo studebo,
 vt salutares fuisse istas harmorrhagias, retentioni
 menstruorum succedentes, patefaciam, indeque me-
 thodi medendi a me adhibitae rationem reddam.
 Hunc in finem debui omnino praemittere principia
 de morbo salutari; et cum salubritatis conditio hae-
 orrhagiarum, de quibus mihi impraesentiarum
 sermo est, ex eo, quod fluxus menstrui, a cuius de-
 fectu periculosi morbi originem ducere solent, vi-
 cem gesserint, sese manifestet, necesse esse putaui,
 vt tam mensum, quam functionis vicariae natura a
 me paucis illustretur.

—

7

§. I.

Quaeunque accidentia corpori humano viuo inherentia,
vel sunt caussas auxiliares sanitatis, vel non: illa dicuntur salutaria,
haec minus salutaria.

§. II.

Cum status morbosus corporis humani sit oppositum quid
sanitati: sequitur, ut omne accidens corporis humani viui, quod
caussam sicut status corporis minus morbos, pro salutari sit haben-
dum (§. I.).

§. III.

In omni morbo adeat diffensus functionum corporis humani.
Sed certum est, singulas functiones corporis humani non eadem
vim habere in obtinendo sine, qui per illas intenditur; porro modo
maiorem, modo minorem numerum illarum diffusum constitue-
re; denique etiam modo plures, modo pauciores determinationes
earum rationem huius diffusus in se continere posse. Quapropter
iam facile perspicitur, diffusum functionum varios admittere limites.
Hinc maior erit morbus, in quo maior, minor, in quo minor diffen-
sus functionum deprehenditur.

§. IV.

Caussam deficientem definiunt Philosophi per caussam nega-
tionis per actionem. Paret igitur id, quod pro caussa deficiente mor-
bi agnoscere volumus, non posse non vel generationem morbi impe-
dire, vel praesentem morbum imminuere, vel eum plane tollere.

§. V.

§. V.

Fieri potest, ut morbus minor maioris morbi generatione in impeditat. Cum Pathologia in permultis locis huius asserti veritatem demonstret; longa argumentatione non opus esse, sed vnicam inductionem hic sufficere posse credo. Pone calculum in pelu renis haerere, et per irritationem nephritidem excitatum ire. Quod si iam laxitas renis non ita magna simul obtineat, ob hebetiorem sensum, et largiorem muci secretionem, inflammationis ortus impeditur. Facile autem animaduertes, laxitatem renis, quam pono, minorem morbum sistere ratione nephritidis.

§. VI.

Nec minus de eo dubitandum est, quod minor morbus maiorem ita imminuere possit, ut additus reliquis morbi maioris, minorem constituat morbum, quam quidem morbus maior fuerat. Satis est, ut ad haemorrhagias in febribus, quarum vehemens est impetus, contingentes respicias. Quae si rorci nimis magnam sanguinis iacturam gignunt, quamvis haud soluant febrem, periculissima tamen symptomata saepe tollunt.

§. VII.

Denique etiam et ratiocinatione, et experientia probatur in Pathologia, quod morbus minor morbum maiorem solueret possit. Ita de febribus constat, quod remedium solutionis multorum se grauiorum morborum praebent.

§. VIII.

—

§. VIII.

Ab essentialibus caussae deficientis morbi (§. IV.) facile concludere licet: morbum minorem, qui vel generationem morbi maioris impedit, vel morbum maiorem ita imminuit, ut reliquis eius aditus minorem constituat morbum, quam quidem morbus maior fuerat, vel morbum maiorem omnino soluat, ea ratione se habere ad morbum maiorem, ut caussam deficientem illius constituant.

§. IX.

Cum morbus, qui caussam deficientem morbi maioris constituit, statum corporis humani minus morbosum reddat (§. anteced.): sequitur, ut ad accidentia corporis salutaria sit referendus (§. II.).

§. X.

Morbus salutaris est morbus, qui caussam deficientem morbi maioris constituit.

§. XI.

Quaeliber functio corporis humani proprium effectum ratione sanitatis sibi vindicat. Attamen ne nimis laedatur corpus statim ac deficit quaedam functio; ita sapienter est structum corpus, ut una functio alterius vicem gerere, id est eundem effectum ratione status interni corporis, qui ab altera proficiisci deberet, praestare possit, quod quam frequentissime in excretionum, et imprimis cutaneae et intestinalis, negotio manifestatur. Illa non rite succedente, transpirabilis materia per intestinorum actionem e corpore eliminatur, et alio magis stricta, haud exigua pars faecum aluinuarum per vasal intestino-

B

rum

rum resorpta, vasculis cutaneis difflatur. Hinc patet, quid per functionem vicariam corporis humani intelligamus.

§. XII.

Cum in notione functionis vicariae (§. ant.), et in notione, quam Pathologia, de functione praeternaturali corporis humani suppeditat, nulla deprehendatur contradictione; functiones praeternaturales possunt esse functiones vicariae, igiturque dantur morbi vicarii.

§. XIII.

Morbi possunt esse morbi vicarii respectu functionum salutarium corporis humani (§. §. XI et XII.).

§. XIV.

Defectus functionis salutaris corporis humani ad causas morborum pertinet (§. I.).

§. XV.

Si, deficiente quadam functione salutari corporis, morbus vicarius oritur, ille causam praebet, cur morbus a defectu functionis dependens vel non ad actum ducatur, vel si iam praesens sit, soluatur (§. §. XI et XIV.). Ergo morbus vicarius erit causa deficiens morbi, a defectu functionis salutaris ortus (§. IV.).

§. XVI.

Pone morbum vicarium esse morbum minorem, morbum autem a defectu functionis salutaris dependentem, maiorem; sequitur, morbum vicarium esse causam deficiensem morbi maioris, igiturque morbum salutarem (§. X.).

§. XVII.

Cum Iam cum nobis propositum sit in hac disputatione agere de haemorrhagia; intuitu fluxus menstrui, vicaria: ante omnia explicandum videtur, quid sit haemorrhagia. Ea vero nihil aliud est, quam sanguinis quaedam sensibilis excretio. Quae cum vario modo in differentibus locis corporis fieri possit; variae nascuntur haemorrhagiarum species; prout id in medicorum scholis docetur. **Nihil** hic amplius addendum esse puto; praeter accuratiorem fluxus menstrui considerationem.

Ac primo necesse erit, ut definitionem huius fluxus affermamus. Esse igitur eum putamus haemorrhagiam quandam periodicam menstruam e partibus genitalibus sexus sequioris. Iam diu est multumque inter medicos discrepatum, sitne hic fluxus ad naturalia referendus, an potius ad praeternaturalia. Istam vero quaestionem omnem, quoniam nostra iam parum refert, nihilque facit ad rem, quam pertractare instituimus, decidendam in medio relinquamus, id tantum, quod nemo unquam negauerit, afferentes: salutarem hanc esse excretionem; id enim aperte intelligitur ex tot morborum generibus, qui huius fluxus suppressionem confessim insequi solent.

Attamen si quaeratur, quaenam potissimum causa sit huius menstrui fluxus, eam in oestro venereo, seu in materia vterum vellicante sitam esse putauerim. Atque haec fere sententia est **GUALTERI CHARLTONI** in *inquisitionibus de caussis catamen*, Cap. V et VI.

do

B 2

Cum



Cum enim vterus, anatomice consideratus, viscus sit exiguae admodum magnitudinis, quod permulta tamen habet vasa. Cum porro ibidem semper aliquid secernatur, atque vasorum resorben-
tium parvus sit numerus: necesse est, ut serum ibi accumuletur, vt
apparet ex liquore albicante et sanguinis sero simili, qui ante men-
sium eruptionem emanat, quod postquam a credinem concepit, vteri
tunicam internam, quae nervis intexta est, vellicat. Hinc quoque
fieri videmus, ut cupiditas ad venerem, quae oritur ab ista irritatio-
ne, maior fiat ante fluxum, quoniam hoc serum per longius tempo-
ris spatium quasi stagnauit. Arque haec ipsa irritatio, quia sensa-
tionem secum fert mixtam, (ita enim voco sensationem inter
voluptatem et dolorem medium,) facile animi quandam pertur-
bationem, morbumque eum, quem furorem appellant vterinum,
potest efficere. Constat enim inter omnes, nulla re magis cerebrum
affici solere, quam sensatione inter dolorem et, gaudium media, seu
tali, quae mixta est e dolore et voluptate. Sufficiat huius loci titilla-
tionis mentionem facere, quippe quae vel ipsas conuulsiones pecto-
ris, totiusque fere corporis excitare valet. Noli autem credere, me
ita hoc principio, pro explicanda excretione menstrua allato, inniti,
ut quodus aliud plane excludam, potius ita rem se habere existi-
mem, ut plethora cuius generationi structura corporis feminei tan-
tum faveret, et singularis conditio, quae ratione motus sanguinis ab
vtero per venas redeuntis in corpore humano obtinet, ad concauſas
eiusdem referri debeant. Cum enim plethora cauſam congestio-
num constituat, necesse est, ut irritatio vteri, de qua supra sermo fuit,

ob

ob hanc ipsam corporis feminei plethoram ad deriuandos humores erga vteri vas a magis sit apta. Dein autem perpendas, hominem erecto corpore incedere, adeoque difficiliorum reddi redditum sanguinis ab vtero, et hinc nouam caussam congestionum sauguinis vterum versus se se praebere. Quod si autem quaeris, cur in caeteris animalibus, cum aequi, ac in homine eorum vterus materiam quandam acrem et hircinam secernat, excretio menstrua locum tamen non inueniat? Respondeo primo, haud deesse obseruationes, quod bestiarum feminae nonnunquam circa coitus tempus sanguinem e partibus genitalibus emittant; secundo autem tenendum est, bestias erecto corporis incessu uti non solere, quam rationem veritati consentaneam esse, simiarum historia docet. Sed dum scire cupis, cur ista seri coaceruatio periodice in vtero fiat, igiturque fluxus menstruus periodicus sit: eius rei rationem reddere nullam possumus, nisi F R E I N D I I, viri summi, sententiam sequamur, qua statuitur, certo temporis spatio certam quoque humorum multitudinem secerni. Atque ex his sponte quoque intelligitur: obiectionem istam, quam auctori huius argumenti factam quandam fuisse, quod scilicet menses, si inter duas periodos vena secta fuerit, tamen fluant, nostra in caussa locum habere non posse.

§. XX.

Variorum porro phaenomenorum caussae ex iis, quae superiori paragraphe proposuimus, elici possunt: e. c. vnde fiat, ut feminae, quarum serum, dum vita lauatori vivuntur, aromatibus vinoque acrius factum est, saepius menstruum sanguinem fundant, et in maiori

quantitate emittant, quam illae, quae tenui vietu vtuntur? Item cur in annosioribus feminis, quarum nerui iam infensibiliores facti sunt quamquam plethoricae sint, menstruus tamen fluxus omnino cesseret? Denique etiam hinc perspicere licebit, cur coitus in proliendo mensium fluxu tam efficax sit nonnunquam remedium, reliquis omnibus incassum adhibitis? Sunt enim humoribus, qui sub coitu in uterum immittuntur, et sero in utero secreto, quaedam communes qualitates; ut igitur credere possimus, semen in utero stimulum ad excretionem sanguinis menstrui prouocandam aptissimum suppeditare: atque alia huius generis.

§. XXI.

Puto autem facile intelligi, triplicem esse naturae finem, quem ista seri secretione consequi conatur. Primum, ut appetitus ad venereum excitetur; alterum, ne seri, quo foetus, dum in utero est, alitur, existat inopia; tertium, ut plethora imminuat. Idque egaegit conuenire videmus singulari naturae sapientiae, quam in eo potissimum exserere solet, ut quotiescumque fieri possit, plures fines una eademque re obtinere contendat.

§. XXII.

Iam vero eo, unde diuertimus, reuertamur. Ad haemorrhagias nempe, quarum omnium ad plethoram imminuendam summam vim habere videtur ea, quae per oscula vasorum uterinorum perficitur. Nam cum ex anatomicis constet, vasa uterina magnam habere elasticitatem, in uterino fluxu, ne haemorrhagia effera existat, raro metuendum erit. Deinde etiam existimandum est, ob situm uteri in

ab-

abdomine, congestiones a partibus superioribus per fluxum menstruum deriuari. Dubium igitur esse non potest, graues morbos mulieribus ob defectum mensium concitari posse. Primo enim satis constat, plehoram multorum periculorum morborum fontem esse. Secundo, cum instantे mensium tempore spasmi plerumque in vasis orientur eo grauiores, vti solent, quo minus excretio procedit: quid aliud exspectare possimus, quam congestiones sanguinis ad has vel illas partes corporis, permultum detrimenti sanitati illaturas.

§. XXIII.

Fieri potest, vt retentis mensibus, haemorrhagiae narium vel gingiuarum orientur; quae si tantam sanguinis copiam, quanta per vas a uterina menstruo tempore secedere solet, emittunt, ad haemorrhagias, ratione fluxus menstrui vicarias, referendas esse patet, (§§. XI. et XIII.).

§. XXIV.

Si in casu retentionis mensium vehementes congestiones sanguinis caput versus determinantur: haemorrhagiae narium vel gingiuarum, nisi efferae fuerint, erunt salutares. (§. XVI.).

§. XXV.

Describendus iam a me erit ille casus, qui ansam differendi mihi suppeditauit. Virgo annos viginti et duo nata, temperamenti sanguinei, conqueritur eo tempore, quo menstruis est obnoxia, de membrorum lassitudine et capitis doloribus. Arcessitus medicus, sed parum bene doctrina instructus, venae sectionem statim imperat; qua perfecta, capit is quidem dolores cessant, sed simul etiam catemeniorum flu-

xus subsistit; tertio die febris oritur, quae posthac typum tertianae regularis manifestauit. Tempore vero tertii paroxysmi ad me itur auxilium postulatum. Methodum febris tertianae sequutus, resoluentia cum interpositis leniter laxantibus adhibui. Dum ita morbo resisto, venit solitum tempus menstruum, quo atrocissimos capitis dolores aegrota persentit, facies apparet rubra, intumescunt vasa ad nasi radicem posita, pulsus est plenus, inaequalis, quem tamen dierotum non ausim nominare. Haec incommoda per dimidiam fere horam durant. Vsum modo nitrosorum adhibitum sequitur haemorrhagia narium, quam ut fonderem, operam dedi. Sanguinis, qui floridi coloris erat, quantitas excreta ad sex vel septem vncias accedit. Neque hoc tempore aliis medicamentis vrebatur aegrota, nisi temperantibus. Sedata vero haemorrhagia, iterum resoluentia, cum tonicis permixta, adhibui, et ante alteram mensium periodum purgans aloeticum praescripsi. Sed mensium loco oritur haemorrhagia gingivarum, qua tanta fere sanguinis copia euacebatur, quanta antea ex naribus. Postea vero, cum febris iam sensim cessare inciperet, resoluentibus adhibitis proxime ante fluxus uterini tempus venae sectio nem in pede institui, et quinque tantummodo sanguinis vncias substrahi iussi. His ita peractis, menses rite successerunt, et aegrota conualuit.

§. XXVI.

Ex his, quae breuiter de aegrota narrauimus, apparet, sanguinis spissitudinem adfuisse. Atque haec per se vim habet, menses sup-

supprimendi. Hic porro accedit venae sectio incongrue administrata; quae etiam mensium suppressionem magis augere poterat.

~~supponi~~ ~~VIZZ~~ ~~videlicet~~ ~~modum~~ ~~in~~ ~~oficis~~ ~~et~~ ~~obligationibus~~
§. XXVII.

Iam id officii mei fore putabam, tam fluxum menstruum reuocare, quam febrem profligare. Duplex vero potissimum via est, qua menses ob sanguinis spissitudinem deficientes, reuocari possunt. Altera, eademque tutissima erit in sanguinis spissitudine soluenda; altera, quae tamen minus tuta, in impetu sanguinis augendo: dummodo, siue hac siue illa methodo utar, deriuationem humorum vterum versus haud negligas.

§. XXVIII.

At vero cum febris, ut recte ab artis peritis statuitur, nihil aliud sit, nisi conamen naturae, quo obstructions et spissitudines resoluat; febrem supprimere isto in casu idem fuisse, ac obstructions augere. Hinc recte adhibita fuisse credo resolutientia, quo facilius febris resolutionem perficeret; cum insuper ipsa febris tertiana resolutione humorum, nisi robur vasorum multum sit imminentum, perfecte tolli possit.

§. XXIX.

Diebus vero intercalaribus materia iam resoluta eliminanda est, et deriuationes simul ad loca vterina instituendae; quae cum nostro in casu coindicantia sint, coindicata etiam postulant.

NON

C

§. XXX.

§. XXX.

Ortam vero tempore fluxus menstrui haemorrhagiam illam, recte pro morbo vicario, et quidem salutari habui (§. XXIV.), ideoque foui (consentientibus, HIPPOCRATE Se^t. V. in *Aphorismo* 33. et CELSO cap. 8. lib. II.). Et quamquam menstruus fluxus melior omnino fuisset, tamen, quoniam natura cogi non vult, et haemorrhagia tam narium, quam gingivuarum ex loco ad haemorrhagiam salutarem apto proueniebat, nihil mihi cauendum putaui, nisi ne effera existeret; quod etiam, temperantibus et leniter deriuantibus facile poterat impediri. Alia vero ratio fuisset, si haemoptysis exstisset, quae non pro salutari, sed maiori morbo debuisset haberri; nisi eius fuisset generis, quae ex vasorum tantum pulmonalium dilatatione ortum duceret. Talis enim nihil omnino detrimenti affert pulmonibus, (quod bene notauit van SWLETTEN tom. IV. pag. 422.) *comment in aphor.* Boerh. haemoptysis enim si cum plethora comparatur, aliam habet ad plethoram rationem, quam vel narium vel gingivuarum haemorrhagia. Quare diligentissime attendendum erit medico, quoniam in loco, et quo tempore orta sit haemorrhagia. Sic vidi, cum versarer Berolini, mulierem, e cuius pede sinistro, in quo vlcus habebat, tempore, quo fluxus ori- ri debuisset menstruus, sanguis effluebat. Scholis etiam, quibus interfui, clinicis BOEHMERI, viri illustris, huius rei exemplum habuimus, ut e mulieris cuiusdam mammis sanguis efflueret tempore menstruo. Quod quidem ex HIPPOCRATIS iudicio infaniam futuram significare debuisset. Dicit enim Γυναιξιν ὄντος τὸν τεῖχον αἴρα συστέρατ, μανίαν σηματει Aph. Libr. V. 40. Quae infania cum hic

non

non existeret, et Hippocratem menses ad mammae interdum remitti
bene nouisse ex libro (*de morb. mulier.*) appareat- probabile videtur,
verbum, quo usus est, *ausciperetur*, non vt plerumque ab interpretibus
sit, verti debere per colligitur, vt sensus esset, simul ac sanguis in
mammae colligitur, sed potius ita intelligendum, vt sensus hic ob-
tineat: in quarum feminarum mammis sanguis conuertitur, seu cir-
cumit ita, vt quo exeat sanguis, non habeat, tum demum insaniam
significari.

T A N T V M.



DOCTIS-

D O C T I S S I M O
C A N D I D A T O

P R A E S E S.

Summa ea animi voluptas est, quam ego perfentio, te iam iam du-
ctorus ad cathedram academicam locum illum, ut quibuscumque bene me-
ritis, ita etiam tibi perquam honorificum. Laudabilis enim vita tua
est, quam inter nos per aliquot annos gessisti. Cui enim non innotuit
ARONSON? Et quo nomine innotuit? Non alio certe, quam continuo
litterarum studio; artis salutaris recte perceptae exercitio indefessò felici-
cissimoque; morum integritate veraque φυλαρχεία Hippocratica. Qui-
bus insuper accedit nouum publicumque eruditionis tuae specimen. Edis
scilicet libellum utilissimi argumenti, a te proprio Marte confectum, quem
iam, me praefide, ex cathedra academicā publice defendes, Doctoris digni-
tate, tibi decreta ab ILLVSTRI MEDICORVM ORDINE IN RE-
GIA FRIDERICIANA exornandus. De qua sorte tibi ex animo et
gratulor, et precor, ut diu fortunatusque bono publico viuas, ac praeceptoris
te amantis aestimantisque memoriam conserues. Vale resque tuas felici-
citer age! Scr. in Acad. Frider. die XX. Febr. cccc lxxii.

DOC12



לְבָשֵׂי בְּגַדִּי פְּגַרְתֶּךָ ;
הַיּוֹם אֲלֹרֶת קָנִית בְּתַחְמָתֶךָ ;
נָרְתָה שְׁמַשָּׁךְ וּמָאוֹר יְפַתֵּךְ
חַמְרָה בְּגַדִּי שָׁשׁ וּרְקָמָתֶךָ !
כְּנוּרָה בְּחַקְיָנָךְ שִׁימְרָה לִילָּתֶךָ ;
יְשַׁבְּחָךְ לְאִימָּמִים בְּקֹול חַמְלָתֶךָ ;
וְאַמְתָּרוּ אֲשֶׁר דָּרְשִׁי אֶלְתֶּךָ !
וְהַ שְׁזֹן לְבָב תְּחַבְּמִים
גַּפְעָן הַ וּמְאַרְיךְ גַּמְיָם
וּפְנוֹא מְעַנְוָתִיךְ לְעַלְלָה תְּעֻמִּים .

מן אברהם במחזור שמואל הכהן זל מהלברשטאט

ULB Halle
002 169 592

3



sb

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres



DE
HAEMORRHAGIAE
NARIVM AC GINGIVARVM
SALVBRITATE LOCO FLVXVS MENSTRVI
CASV QVODAM COMPROBATA

EX AVCTORITATE
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

D. ADAMON NIETZKI

MED. PROF. PVBL. ORD.

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORIBVS

AC

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE OBTINENDIS

DIE XXI. FEBR. MDCCCLXXII.

H. L. Q. C.

PVBLINE DISPVTABIT

AVCTOR

IEREMIAS ARONSON
POTSTAMPENSIS.

HALAE
STANNO HENDELIANO.